Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



scito cor meum. interroga me &c.
semitas meas. quibus mundum per
transiui. & uide si uia iniquita-
tis in me est. hoc secure dicit. in quo
princeps mundi nichil inuenit. vel
habuit. & deduc me hominem ad
dexteram tuam. in uia eterna. i. per
uerbum tibi coeternum. c. xxx. viii. ioh.

Eripe me domine ab xxxviii. tritu.
homine malo. auiro iniquo
et libera me & eripe me. Qui co
gitauerunt iniquitates in corde.
tota die constituebant prelia. A
cuerunt linguas suas sicut serpen
tes. uenenum aspidum sub labi
is eorum. Custodi me domine de ma
nu peccatoris. & ab hominibus ini
quis eripe me. Qui cogitauerunt sup-
plantare gressus meos. abscondent
superbi laqueum michi. Et funes ex
tenderunt in laqueum. iuxta iter
scandalum posuerunt michi.

Eripe me domine ab homine malo.
Tytulus. In finem psalmus dd.
P. dauid intelligitur ecclesia. que
est corpus xpi. & est cum questio gemi
tus & oratio corporis xpi. inter ma
los constituti. nondum habentes
in re s; in spe bonum. ubi est ple
na exultacio. In hoc ergo psalmo
sonat uox corporis xpi. hec est
uox nra. si tamen simus in corpe
xpi. ubi quisquis non fuerit. in e-
is erit. inter quos illud corpus ge
mit. aut membrum xpi. aut hos
tis xpi erit; & est sensus tytuli; ps.
hic dirigens nos in finem. i. in xpm.
& est dauid. i. ecclie. que hic loquitur.
Intencio. monet ut contra mala scli.
ad deum oremus. Modus. tripertitus
est psalmus. Prius proponit qui hos
tes. que mala mouent. opponens eis
preceps. Secundo dicit quod auxilium
habent contra mala. ibi. Dixi domino.

Tercio que sint mala inimicorum aperit
ibi. Caput circuitus eorum &c. Ecclia ergo
inter malos laborans. clamat. O domine.
Eripe me ab homine malo. non ab u
no s; a toto genere malorum. cum prin
cipe suo diabolo. qui & homo dicitur
in figura. Unde inimicus homo hec fe
cit. qui super seminauit hithania. nur
dicitur. quia fortis est ad nocendum.
Unde subdit; auiro iniquo libera me
ut eripe me. Uir iniquus est qui no
cet. omnis autem malus nocet. Un
de cum dixisset ab homine malo. cui
exponens subiunxit. auiro iniquo.
uolens significare quod omnis ma
lus iniquus est. quia nocet sibi vel alii.
& alii quidem nocet. ut mox ut ma
lus est. ut postea. Sunt enim quidam
mali qui non uidentur iniqui quia
non sunt seui. non sunt aspi. non sunt
persequentes. & pressuras hominibus
non facientes. s; tamen luxuriosi.
ebriosi. uoluptatibus dediti. qui
si aliis nocere non uideantur. sibi no
cent. tamen. & ita non sunt innocen
tes. Innocens enim est. qui nec sibi
nec aliis nocet. Si quis tamen alte
consideret. ut etiam aliis nocet. sal
tem exemplo. quia uiuit tecum. et
ad id quod agit inuitat. postea uero
nocebit etiam opere. Cum enim que
habet uoluptuose uiuendo consum
serit. postea rapit. aliis quod effun
dere possit. Ex uoluptate ergo & lux
uria. quibus aliis nocere non uideba
tur. procedit quo te pungit. sicut spi
ne in radice sunt lenes. s; inde proce
dit quod pungit. Incendatur ergo ra
dix. & non est unde procedat spina. ita
dum aliquis uoluptuose uiuit.
nulli nocere uidetur. s; rapit quod ef
fundit. Corrigatur ergo uoluptas.
tanquam radix. & non nascitur rapi
na. que pungat uelut spina. Dein